



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 35. Lallierius a Parisensi Episcopo ab omnibus censuris absolutus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. „ qui enim id affirmaret, proferret pro-
A.C. 1486. „ positionem falsam, piarum mentium
 „ cœnsivam, atque auctoritati Ecclesiæ
 „ derogantem. Hæc autem meam re-
 „ vocationem, confessionem seu repara-
 „ tionem deposui jussu, edicto, aut sen-
 „ tentia Reversendi in Christo Patris, at-
 „ que observandissimi mei Domini Epi-
 „ scopi Parisiensis ex consilio, ac judi-
 „ cio Magistrorum, & Facultatis Theo-
 „ logicæ Doctorum, ut veritas ac fidei
 „ Catholicæ integritas conservaretur,
 „ ac vestrarum conscientiarum securitati,
 „ nec non animarum saluti cautum esset,
 „ humillime eundem Dominum Episco-
 „ pum supplicans, ut condonatis benig-
 „ ne meis erroribus me in gratiam ejus
 „ recipiat. „

Hæc revocatio publice die vigesima
 nona Junii, quæ fuit Apostolorum Petri
 & Pauli festivitas, in Ecclesia Parisiensi
 fiebat, ubi Joannes Laillierus ab eodem
 Episcopo ab omnibus, quas incurrerat,
 censuris absolutus est.

XXXV.

*Laillierus a Parisensi Episcopo ab
 omnibus censuris absolutus.*

Cum vero Inquisitor caussæ judicium
 instruens, inquisitionis acta a se fa-
 cta Episcopo transmisisset, hic Præsul
 quæ-

quaestiones, quas ipse instituerat, non sæcul. XV.
modo Inquisitori communicare renuebat, A.C. 1486.

sed etiam eo nequidem vocato summa-
tim caussam dijudicabat, ac præterea
Laillierum a sententia excommunicatio-
nis in ipsum lata absolvit, necnon pri-
stinis honoribus ac dignitatibus re-
stituit, atque ad omnes gradus ut
promoveri posset, indulxit, omnem
infamiae notam abolendo. Laillierus hac
absolutione nixus, ut Doctoratus gra-
dum assequeretur, nil intentatum reliquit.

§. XXXVI.

Facultatis Theologicæ provocatio a sententia Episcopi Parisiensis.

Verum Facultas Parisiensis Laillierum
ab ejusmodi honoris spe constanter
repellebat, cumque Parisiensis Episcopus
Doctores, ut huic reo per ejus senten-
tiam absoluto Doctoris lauream concede-
rent, compellere tentaret, illi ad eos,
ad quos de jure appellare licet, erectis *Argentre ib.*
hanc in rem tabulis die sexta Novembbris p. 313.
anni currentis provocarunt, eo quod Epi-
scopus contra mentem eorum, qui pro
hac caussa deputati erant, egisset. Hanc
appellationem Arnulphus Julian Religio-
sus Ordinis FF. Eremitarum S. Augusti-
ni nomine Facultatis Theologicæ inter-
posuit.

T 3

§. XXXVII.